

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

VI feria mensis septimi: beatus Leo papa: Sermo

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

quam prius excitauerat. quando  
hoc quietus possidebat.  
**E**t factus est sicut mortuus. ita  
ut multi dicerent. quia mortuus est.  
**I**hs autem tenens manum illius.  
eleuauit illum. & surrexit.  
**Q**uem hostis impius iam fugere  
compulsus. strauit. ac mortuo  
similem reddidit: hunc pius sal  
uator. in tra suae dextere tactu  
leuauit. Quia sicut uerum se  
esse dñm potentia saluandi docuit.  
ita & iam ueram se habuisse carnis  
naturam. more tactus humani  
declarauit. Negat namq; ma  
nes insanus. ueraciter eum carne  
indutum fuisse: sed ipse cum tot  
languentes suo tactu erexit. mun  
dauit. inluminauit. h. aere sim  
illius & ante quam nata esset  
damnauit. Et cum introis  
sent in domum. discipuli eius  
secreto interrogabant eum.  
quare nos non potuimus eicere  
eum. Et dixit illis. hoc genus  
in nullo potest exire. nisi in orati  
one & ieiunio. Dum docet  
apostolos quomodo daemon  
nequissimus debeat expelli.  
omnes instituit ad uitam.  
**U**t scilicet nouerimus grauiora  
quaeq; uel in mundorum spiri  
tuum uel hominum tempta  
menta. ieiunio & orationibus

esse superanda. Ira quoq; dñi  
cum in ultionem nostrorum se ele  
rum fuerit accensa. hoc remedio  
singulari posse placari. Ieiunium  
autem generale est. non solum  
ab escis. sed & a cunctis inlecebris  
abstinere carnalibus. immo ab  
omnibus uitiorum continere  
passionibus. Sic & oratio genera  
lis. non in uerbis solum est quibus  
diuinam clementiam inuocamus.  
uerum & iam in omnibus quae in  
obsequium nostri conditoris fidei  
deuotione gerimus. Teste aposto  
tolo quiait. Semper gaudete.  
sine intermissione orate.

**Q**uomodo enim quis omnibus horis  
atq; momentis sine intermissio  
ne dñm potest inuocare sermoni  
bus. Sed tunc sine intermissio  
ne oramus. cum ea solum opera  
gerimus. quae nos pietate nostro  
commendent auctori. Quom  
mirum ieiunio & qua oratione  
iuuante dño cunctas antiqui  
hostis debellabimus ac propul  
sabimus infidias.

**LXXXIII** VI FER. MENSIS SEP  
TIMI. SERMO BEA  
TI PAPAE LEO  
NIS.



postolica institutio dilectis  
sima. quae dñm ihm xpm  
adhuc uenisse in hunc mun

28  
dum nouerat. ut legem non solue-  
ret sed impleret. ita ueteris testa-  
menti decreta distinxit. ut quae-  
dam ex eis sicut erant condita.  
euangelice eruditioni profutura  
decerperet. & quae dudum fuerant  
consuetudinis iudaicae. fierent  
obseruantiae xpianae. Quam-  
uis enim uarietates hostiarum.  
differentiae baptismatum. &  
otia sabbatorum. cum ipsa carnis  
circumcisione cessauerint. ma-  
nent tamen ex ipsis uoluminibus  
& iam apud nos plurima prae-  
cepta moralia. Et cum inde  
dicatur diliges dñm dñm tuum  
ex toto corde tuo. & diliges pro-  
ximum tuum sicut te ipsum.  
xpo dño docente cognoscimus.  
quò in his duobus mandatis tota  
lex pendet & prophete. Tantaq;  
est sub huius geminae caritatis  
edicto. utriusq; copula testamen-  
ti. ut sine istarum conexione  
uir tutum. nec lex quemquam  
inueniatur iustifi casse nec gratia.  
**I**llae quoq; partes legalium  
mandatorum. quibus quaedam  
praecipiuntur ut fiant. quaedam  
inter dicuntur ut non fiant.  
antiquae auctoritatis retinent  
firmitatem. Nec ideo eis euan-  
gelica putanda e aduersa perfec-  
tio. quia & uirtutum studia ad

uoluntaria incitantur aug-  
menta. & ultiones criminum.  
paenitentiae remediis relaxan-  
tur. Dicit autem dñs.

**N**isi abundauerit iustitia uestra  
plus quam scribarum & pharisae-  
orum. non intrabitis in regnum  
caelorum. Quomodo uero  
abundabit iustitia. nisi super  
exaltet misericordia. Et quid  
tam aequum. quid ue. tam dig-  
num. quam ut creatura ad imagi-  
nem & similitudinem di condita.  
suum imitetur auctorem.

**Q**ui reparationem scificationemq;  
credentium. in peccatorum re-  
missione constituit. ut remota  
se ueritate uindictae. omnique  
cessante supplicio. reus innocen-  
tiae redderetur. & finis criminu  
fieret. origo uirtutum. Quod  
igitur dilectissimi ex ueteris prae-  
dicatione doctrinae. ad purificati-  
onem animarum corporumq;  
nostrorum. ieiunium septimi  
mensis adsumimus. si legalibus  
nos oneribus subicimus. sed utili-  
tatem continentiae quae xpi  
euangelio seruit amplectimur.

**Q**uia & in hoc potest super scribas  
& phariseos xpiana abundare  
iustitia. non euacuando  
legem. sed intellegentiam refu-  
tando carnalem. Nec enim

nostra talia debent esse ieiunia.  
qualia erant illorum. quibus  
esatas propheta spū scō in se lo-  
quente dicebat. Neomenia  
uestra & sabbata. & diem magnū  
non sustineo. Ieiunium & ferias  
& dies festos uestros. odit anima  
mea. Vnde & dñs ieiunandi  
formam discipulis tradens.  
cum autem ieiunatis inquit. noli-  
te fieri sicut hīpocritę tristes.  
Exterminant enim facies suas.  
ut apāre ant hominibus ieu-  
nantes. Amen dico uobis. per-  
ceperunt mercedem suam.  
Quam mercedem. nisi laudis hu-  
manae. propter cuius cupidita-  
tem. iustitiae species plerumq;  
praetenditur. Et ubi nulla  
cura est conscientiae. amatur  
falsitas fame. ut iniquitas quae  
occulta actione arguitur.  
mendacii opinione laetetur.  
Rationabile itaq; scīm q; ieiunium.  
nulla laudis ostentationisq;  
iactantia polluat. nec bonum  
suum quisquam fidelium. de  
humanis uelit pendere iudicis.  
Diligenti dñm sufficit ei placere  
quem diligit. quia nulla maior  
expetenda est remuneratio. quā  
ipsa dilectio. Sic enim ca-  
ritas ex dō est. ut dñs ipse sit cari-  
tas. Quod utiq; pius & castus

animus ita gaudet implere.  
ut nulla extra ipsum cupiat de-  
lectari. Verissimum namq;  
est quod ait dñs. Vbi erit  
thesaurus tuus. ibi erit & cor tuū.  
Quis autem est thesaurus hominis.  
nisi quaedam fructuum eius con-  
gregatio laborumq; collectio.  
Quod enim seminauerit quis.  
hoc & metet. Et quale cuiusq;  
opus. talis & questus. Et ubi  
oblectatio fruendi constituitur.  
ibi cura cordis obstringitur.  
Sed cum multa sint genera diuiti-  
arum. dissimilesq; materiae  
gaudiorum. thesaurus cuiq; est  
suae cupiditatis affectus.  
Quasi de appetitu est terra enorum.  
non beatos facit sui participatio-  
ne sed miseros. Hi uero quae  
quae sursum sunt sapiunt non  
quae super terram. nec peritu-  
ris intenti sunt sed aeternis. in  
illo habent incorruptibiles con-  
ditas facultates. de quo dicit  
propheta. In thesauris salus  
nostra aduenit. sapientia & dis-  
ciplina & pietas ad dño. Hi sunt  
thesauri iustitiae. per quos auxi-  
liante di gratia. & iam terrena  
bona. in caelestia transferuntur.  
cum multi diuitis aut iuste sibi  
relictis. aut aliter acquisitis. ad  
instrumentum pietatis utuntur.

Cumq; ad sustentationem pau-  
perum quae possunt exubera-  
re distribuunt. congregantes  
sibi inamissibiles facultates.

ut quod addiderunt elemosinis.  
nullis possint subiacere dispen-  
dis. Et digne ibi habeant  
cor. ubi habent thesaurum suū.  
quātales diuitias beatissimum  
est exercere ut crescant. & non  
timere ne pereant. Operan-  
tes igitur dilectissimi quod  
bonum est ad omnes. maxime  
autem ad domesticos fidei.

Septimum mensem ab initio  
misticum propter septiformem  
sp̄m. & ipso sui ordinis numero con-  
secratum. continentiae fructi-  
bus deputantes. quarta & sexta  
sabbati sollempniter ieiunemus.

**ITEM DE EADEM DIE  
LIT̄ S̄C̄I IŪA S̄C̄I INCAM.**

In illo temp. Factum est in una  
dierum. & ipse sedebat docens. & erant  
pharisaei sedentes. Et cetera.

**SERMO UENIENS IN BID PRBI LXXXIII  
DE IAD LIT̄.**

**M**idns sedens do-  
cuerit quando  
scribis & pharisaeis  
considentibus  
paraliticum cura-  
uit. lucas breui-  
andi gratia preterit.

Sed matheus & marcus qui narrant.  
quaestionem facere uidentur. quō-  
quidem matheus in ciuitate sua.  
marcus in capharnaum hoc eum  
fecisse testantur. Que diffici-  
lius soluere tur. si matheus & iam  
nazarēth nominat. Nunc  
uero uel ipsa galilea in qua erat  
nazareth. intellegenda est dicta  
ciuitas xpi. ad distinctionem  
uidelicet regionis trans mari-  
nae gerasenorum. de qua trans-  
fretando sicut matheus scribit  
uenerat galileam. Vel certe  
ipsa capharnaum ciuitas xpi  
est dicta. quam non nascendo.  
sed uirtutibus inlustrando. suam  
ipse fecerat. Et ecce uiri  
portantes in lecto hominem  
qui erat paralyticus. & quaere-  
bant eum inferre & ponere  
ante eum. Curatio paralytici  
huius. animae post diuturnā  
inlecebre carnalis inertiam.  
ad xpm suspirantis indicat  
saluationem. Quae primo  
omnium ministris quieam  
subleuent & xpo adferant. id est  
bonis doctoribus qui spem sana-  
tionis opemq; intercessionis  
suggerant indiget. Quibene  
marco narrante quattuor  
fuisse repperiuntur. siue quia  
quattuor euangelii libris.